



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Phosphorvs sive Ioannes Baptista nativitas, vita, mors**

**Cabilliau, Baudouin**

**Lovany, 1642**

Elegia 28. Herodias in glacie saltitans demergitur digno rogo.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70001](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70001)

Heu facinus crudel! siler; siler infacia fandi,  
 Aeternumque silens triste loquetur opus.  
 Nempe tenax veri mens, & vis nescia frangi,  
     Irritat rabidas in sua damna feras.  
 Hinc castos animos odijs oppugnat, & armis  
     Impius incesto qui flagrat igne furor.  
 Quisquis enim turpi sceleri caput exserit orco  
     Sidereum pulchræ lucis abhorret opus.  
 Huic in lance caput lethi crudel theatrum,  
     Erubuit tantum conscientia luna nefas.  
 Ergone mors leta struet in dape triste tribunal,  
     Et pateras inter sceptra cruenta geret.  
 Quid tibi cum ferro? vino Rex dilue curas;  
     Dilue; sanguineo dulcior tua mero est.  
 Cede quid obscenâ violas terat impia tigris?  
     Quid facit ad festas impia sica faces?  
 Linque fero Marti sua spicula, linque furorem:  
     Natali quid agit mors, furor, ira die,  
 In calicem definge caput Scytha terroris yrso.     (a)  
     Et bibe ferali pocula scelestæ mero.  
 Ignosco sceleri, licet inde bibisse cruorem:  
     Maius ubi Cypris iam fuit ausa scelus.  
     (a) Scytha & Boj olim crania hostium in pocula  
         effingebant.

### Elegia 28.

## Herodias in glacie saltitans demergitur digno rogo.

Crystallo radiante ruber calet hospes Iacchus,  
     Iamque natat pingui cerua lepusque garo.  
 Et myrrha madidos rosa siccat amena capillos,  
     Tibiaque argutis garrit amica choris.  
 Solenni trabeata (viden?) dux mima theatro  
     Ludit, & alta leui sub pede sceptra regit;

Sy

Atque

Atque leuem rapido secum rapit orbe coronam:  
 Dein rapidam mollis Cypris Erynnis agit.  
 Fida sat est nulli quamvis sit amica voluptas;  
 Omnibus hec nox lugubre pandit iter.  
 Vel rex, quem capiunt cythareque, chorique, coronas  
 Inter, in arcana compede seruus erit.  
**A**dspice, transuersum quo nunc furialis Enyo  
 Abripit hunc, blandâ quem lyra fraude capit.  
 Sponte quod haud ageret Rex, cui stat gratia Vatis,  
 Mœcha procax blando criminè suadet agi.  
 Hic hilares vbi specto choros, hilaremque Lyxum:  
 Hei mihi! prædo sacrum præscidit ene caput.  
**I**isque verecundo circumfert lictor in auro:  
 Erubuit tetur lanx violanda scelus.  
**A**tronitè fugiunt emoto cardine postes,  
 Ut sensere nefas exitiale tori.  
**C**ui non vltro fluunt trepida de fronte corollæ?  
 Quæque manu stabant pocula sponte cadunt?  
 Qui modo purpureus, mœstus nunc paller Iacchus,  
 Præque metu cyathis effugit omne merum.  
**I**stud an æhra nefas, tellus coniurat & æther?  
 Alter enim ficcatur, altera fundit aquas.  
**O**bduratque gelu, queis ludat adultera, fluxus,  
 Quodque solum credis, fluxus id humor erat.  
**V**tque choris est fulta, chorum lupa versat in amne,  
 Orgiaque hic alijs ludit agenda modis:  
 Mors sed in amne natat; sotemque liquentibus orco,  
 Quas bene Ioannes fuderat, haurit aquis.  
**A**t bene si spectes, iustæ Themis arbitra poenæ,  
 Dum realena luit, non fuit vltæ nefas.  
**I**psa magis sed iniquâ nouum scelus vltio peccat.  
 Quæ benè det flammis, corpora donat aquis.  
**S**i quoque iam peccat vindex, quæ plectat inultum  
 Naufragia poena scelus, culpa quid ipsa facit?  
**A**st vbi plectit aquis, vindicta quod expiet igni  
 Crimen, vtroque luit mœchus vterque scelus.